

# EPISTULA LEONINA

## CCXLIV

HEBDOMADALE  
 PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,  
 QUOD ĒDITUR  
 E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI  
 CUI NOMEN EST  
**LEO LATINUS**



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS G R A T I S ET S I N E ULLĀ OBLIGATIONE. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS I-CCXXXIX INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS. ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM  
**DUCENTESIMAM QUADRAGESIMAM QUARTAM (244) !**

## ARGUMENTA

<b>PRAEFATIUNCULA.....</b>	<b>03-04</b>
<b>QUOD LICET INGRATUM EST.....</b>	<b>05</b>
<b>CHRONOGRAMMATA HERBERTIANA.....</b>	<b>06-09</b>
<b>TELEPLANUM QUID SIT.....</b>	<b>10-13</b>
<b>CHRONOGRAMMATA ROESSLERIANA.....</b>	<b>14-16</b>
<b>CHRONOGRAMMA DEMMINGIANUM.....</b>	<b>17</b>
<b>DE ANTONIO BECCADELLI POETA PANORMITA LASCIVO.....</b>	<b>18-20</b>
<b>EXCERPTA HERMAPHRODITI BECCADELLIANI.....</b>	<b>21-24</b>
<b>DE FRIDERICO CAROLO FORBERG PHILOLOGO ET EROTOLOGO.....</b>	<b>25-29</b>
<b>DE EDUARDO HENRICO AVRIL PICTORE LASCIVO.....</b>	<b>30-31</b>
<b>DE FIGURIS VENERIS FORBERGIANIS.....</b>	<b>32-34</b>
<b>EXCERPTA FIGURARUM VENERIS.....</b>	<b>35-40</b>
<b>ECHUS VOCES EPISTULAE.....</b>	<b>41-46</b>
<b>LIBRI LEONIS LATINI.....</b>	<b>47-50</b>

## PRAEFATIUNCULA

**LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATIS  
AMANTIBUS SAL.PL.DIC.**



*Cara Lectrix, Cara Lector,*

*iam appropinquat Autumnus fructifer, quem spectas in lepidissimâ picturâ Arcinboldianâ. Istac in nostri temporis tempestate vehementi animum ne demittamus. Tu ne cede malis sed contra audentior ito. Sapere aude! Time virum unius libri et incumbe in fontes quam plurimos explorandos. Diffide istis qui sub praetextu valetudinis curandae lucrum petunt tuis sumptibus. Si quis quid publicê commendat, semper quaere: Cui bono? Cave pyxidem Pandorae<sup>1</sup>. --- Utinam Autumnus nobis ferat fructûs quam Latinissimos! Leo Latinus messe*

<sup>1</sup> <https://www.youtube.com/watch?v=NIjcEoWjzT0> 20.09.2021, live aus der Pathologie, min 13:46-14.13: (Prof.Dr. Arne BURKHARDT pathologus, cuius verba theodisca Latinê reddidit LL): „Vaccinationes coronariae – ,vaccinationes’ sensu proprio non dicendae sunt nisi additis signis citationis – PYXIS PANDORAE. Notum est Pandoram fuisse mulierem donorum feracem, quae pyxide suâ concluserat omnes huius mundi morbos, et ista pyxis aliquando aperta est ab hominibus mente captis, et ex illo tempore in hōc mundo sunt morbi ...“ <https://www.tichyseinblick.de/kolumnen/aus-aller-welt/die-3v-von-corona/> ---  
cfr <https://www.ukcolumn.org/video/frances-long-time-vaccine-policy-chief-covid-policy-is-completely-stupid-and-unethical>

*Latinâ factâ tibi cornu copiae offert haud illepidum: cum nuper tibi obtulerit mumigraphiam, nunc offert erotologiam: Agitur enim de figuris Veneris, quas Beccadellius celebrat versibus lascivis, Forbergius perscrutatur doctâ cum gravitate, Avrilius pingit laetabili cum colorum saturitate.*

*Ergo – ut ait Apuleius Madaurensis in Asini Aurei prooemio - »Lector (Lectrixve) intende: laetaberis«. Pancratîcê vale et perge mihi favere.*

***Medullitus te salutat***

**Dr. Nicolaus Groß  
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae**



<http://www.leolatinus.com/>

**LEO LATINUS**

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae,**

**Die Martis  
21. m.Sept. a.2021**



## **QUOD LICET INGRATUM EST QUOD NON LICET ACRIUS URIT**

**cfr OVIDIUS, Amores II 19**

Si tibi non opus est servata, stulte, puella,  
at mihi fac serves, quo magis ipse velim.  
**Quod licet, ingratum est, quod non licet acrius urit.**  
Ferreus est, si quis, quod sinit alter, amat.

# CHRONOGRAMMATA HERBERTIANA



Heimsuchung, Codex Gisle aus Zisterzienserinnenkloster Marienbrunn bei Osnabrück, 1300,  
copyright: Quaternio-Verlag, Luzern

2021\* DIXit eI ELisabeth VXor pIa et sapIens seneX aLta VoCe: „qVo faCta  
est VOX saLVatIonIs In aVrIBVs, eXVLtaVI Infans tenVI Iste Iohannes In  
Vtero Meo“. Elisabeth, die fromme und weise, betagte Frau, rief ihr mit lauter  
Stimme zu: „Sowie der Ton des Grusses mir in den Ohren klang, hüpfte dieses  
Kindchen Johannes in meinem Schoße auf!“ - vgl. Lk 1, 40.41. 44

2021\* **VIrgo et anCILLA et Genetrix filii Dei et Salvatoris nostri Canta VI**  
nobis pie et exulta VI In anima et In spiritu pietatis et gratiae. - Die  
Jungfrau und Magd und Mutter des Sohnes Gottes und unseres Erlösers sang  
und jubelte für uns fromm in ihrer Seele und im Geist der Gottesfurcht und  
Gnade. - vgl. Lk 1, 44.47



Breviarium Grimani, Brügge, ca. 1515


01. Juni:



Monatsbild im Breviarium Grimani, Brügge, ca. 1515

2021\* IVnIVs a IVnIorIbVs DICIvR VeL a IVnone Dea genetrICe VVLCAnI fortIs. habet festIVItates: BonIfatII epIsCopI, NorbertI epIsCopI, AntonII LIssbonensIs, GerVasII et ProtasII, SILVestrIs papae, ALOYsII, NatIVItatIs IoannIs BaptIstae, IrenaeI, PetrI papae et apostoLI atqVe PaVLI apostoLI. – Juni heißt nach den Jüngeren <die im Feld stehen, während die Älteren = seniores daheim sind>, oder von der Göttin Juno, der Mutter des starken Vulkan. Er hat als Feste die des Bischofs Bonifatius (5.), des Bischofs Norbert (6.), des Antonius von Lissabon (oder Padua 13.), des Gervasius und Protasius (19.), des Papstes Silvester (20.), des Aloysius (21.), der Geburt des Johannes des Täufers (24.), des Irenaeus, des Papstes und Apostels Petrus (29.) und des Apostels Paulus (29.) – vgl. Durandus, Rationale 8,4,8.

Zum 5. Juni, dem **Fest des heiligen Bonifatius**:



Email von Egino Weinert

2021\* BonIfatIe sanCte et sapIens apostoLe gerManIae, ora pIe pro nobIs tVI!  
tV eras, tV es, tV erIs noster patronVs aC InterCessor fortIs IbI, VbI VIVI<sup>s</sup> In  
DIVInIs CVrII<sup>s</sup>! – Bonifatius, heiliger und weiser Apostel Deutschlands, bitte  
fromm für uns, die wir dir gehören! Du warst, du bist und du wirst unser  
mächtiger Patron und Fürsprecher dort sein, wo du lebst am himmlischen Hofe.

## TELEPLANUM QUID SIT



angl. drone, *UAV (unmanned aerial vehicle)*, theod. *Drohne* -\*téléplanum, -ī n. Hoc vocabulum confictum est a **Gaius Licoppe** Belgā editore *Melissae*.

En lege, quibus verbis Vicipaediani explicit, quid sit teleplanum: »Teleplanum<sup>1</sup>, quod vulgo multis in linguis verbo anglico *drone* vocatur, genus est aeronavis quae, absente intus gubernatore, e solo undis electromagneticis a gubernatoribus terrestribus procul dirigitur. Nunc magis magisque teleplana in rebus civilibus tamquam eheu minus pacifice in rebus militaribus utuntur«.

1. Nomen theodiscum *Drohne* significat apiculam masculinam (quae Latinē appellatur *fucus*).

Ut legitur in symbolâ Wikipedianâ francogallicâ (s.v. „drone“), „drone“ (fucus) annis saeculi proximi praeteriti tricenariis fuit

<sup>1</sup> cfr <https://la.wikipedia.org/wiki/Teleplanum>: ”Teleplanum<sup>[1]</sup>, quod vulgo multis in linguis verbo anglico *drone* vocatur, genus est aeronavis quae, absente intus gubernatore, e solo undis electromagneticis a gubernatoribus terrestribus procul dirigitur. Nunc magis magisque teleplana in rebus civilibus tamquam heheu minus pacifice in rebus militaribus utuntur“.<sup>[1]</sup> **Gaius Licoppe**, ”De vīro et mente“, in : [Melissa](#), Bruxellis, n° 220, 2021, p. 1 : ”neque teleplana necessaria fuerunt ut iussa ab omnibus respicerentur“.

anglicum supernomen sive nomen irrisorium cuiusdam aeroplani automatici Britannorum, cui nomen proprium fuit “*Queen Bee*” (apis regina). Illud genus autoplani speciale videbatur nimis lentē volare nimiumque strepere nimisque breviter existere ideoque potius simile esse fuco, i.e. api masculinae, quam api reginae<sup>1</sup>. Fuci sunt inermes (non habent aculeum) et – praeter munus reginae ineundae – inertes. Post volatum nuptialem in «proelio fucorum» (*Drohnenschlacht*) plerique cadunt. Apes opifices recusant, ne pascant fucos eosque ex alveo fugant, ut fame pereant. Ergo nomen fucorum non quadrat ad telum bellicum efficax. Legas quoque hoc nomen aeroplanorum automaticorum irrisorium postea vituperatum esse, quia hoc aeroplanum automaticum aeroplanigae expers nequaquam aptum fuisset. Quacumque ratione hoc aeroplanum automaticum fuit - non iam aptum est hoc nomen, quia omnino non quadrat ad aeroplaña huius generis moderna.

2. Ipse aliquando proposui „autoplanum“. Sed hoc nomen mihi nunc parum dilucidum esse videtur, quia talia vehicula aria sunt telemoderabilia, i.e. solent dirigi ab homine humi posito.
3. Itaque comprobo nomen nuper a *Gaius Licoppe* propositum, q.e. *téléplanum*.





---

<sup>1</sup> <https://fr.wikipedia.org/wiki/Drone#Histoire>

“En anglais, le mot «drone» désigne le faux-bourdon (mâle de l'abeille). Le nom a été donné par dérision dans les années 1930 au Royaume-Uni à des DH.82 Queen Bee, la version automatisée pour servir d'avions-cibles du De Havilland DH.82 Tiger Moth : leur vol lent et bruyant ressemblait plus à celui du bourdon à la vie éphémère qu'à celui d'une reine abeille (Queen Bee). Ce nom fut repris par l'armée américaine dès 1941..“.

# TELEPLANUM PUGNATORIUM CUI NOMEN EST PRAEDATOR



## Quomodo operetur teleplanum pugnatorium, c.n. “Praedator”

- 1 Teleplanum in statione terrestri gubernatur a teleplanigâ.
- 2 Satellite mandata mittuntur ad teleplanum.
- 3 Sensoriis locus scopi invenitur.
- 4 Rucheta aut bomba e teleplano emittitur.

Hoc teleplanum appellatur “Predator B” sive „MQ-9 Reaper“.

**longitudo alarum:** 11 m (undecim metra)

**velocitas:** 370 km/h (trecenta septuaginta chiliometra horalia)

**onus utile:** 1700 kg (mille septingenta chiliogramma)

**arma:** ruchetae ignis infernalis; bombae, quae diriguntur radiatione lasericâ

Aufklärungsdrohne - **\*téléplanum explōrātōrium**

Kampfdrohne - **\*téléplanum pugnātōrium**

Kamikaze-/Suiziddrohne - **\*téléplanum \*suicīdāle**

Helikopterdrohne - **\*téléplanum \*helicoptéricum**

Ausspähdrohne - **\*téléplanum speculātōrium**

Löschdrohne - **\*téléplanum exstinctōrium (incendia exstinguendī)**

Überwachungsdrohne **\*tēleplanum īspectōrium, custōdiārium**

Drohnenflugschule – **schola \*tēleplánica / \*tēléplana gubernandī**

Drohnenführerschein – **diplōma \*tēléplana gubernandī**

Drohnenüberwachung – **custōdia, īspectiō \*tēleplánica**

Fernpilot - **\*tēleplanīga, -ae m.**

## **NOMEN TELEPLANORUM**

**BREVITER TRACTAVIT**



**LEO LATINUS**

# CHRONOGRAMMATA RÖSSLERIANA

Georges Rouault

\* 27. Mai 1871 in Paris

† 13. Februar 1958 in Paris



ante C entVM q vi nq V ag i nt a annos

vi ka l. iv ni as nat V s

georg i V s ro V a V l t

p i c tor bon V s

d e li neator

p i V s C h r i st i an V s

mmxxi


Am 27. Mai vor 150 Jahren wurde Georges Rouault geboren.  
Der große Maler und Grafiker war ein tiefreligiöser Christ.

## Augustinus von Canterbury

† 26. Mai 604 oder 605

(Gedenktag in der römisch-katholischen Kirche am 27. Mai)

*für Pater Herbert*



sanCtVs avgVstInVs

coenobita inclytvs

ArchiepiscopVs CantVariensIs

apostolVs anglosaxonVm

oret pro nobis peccatoribs

## Haydn Keeton

\* 26. Oktober 1847 in Mosborough, Yorkshire

† 27. Mai 1921 in Peterborough, Cambridgeshire



hayd<sup>n</sup> keeton

compos*itor et organista anglicus*

bis q*vinq*Vaginta annis ante**

*vi kal. i*Vnias**

*vi*ta cessit**

aetatis s*vae lxxii*

# **CHRONOGRAMMA DEMMINGIANUM**

Zum Kunstgroßereignis in Paris September 2021

ARCVS TRIVMPHI VBIQVE IN ORBE  
PERNOTVS A CHRISTO ARTIFICE  
INGENIOSO ANNO PRIORE DEFVNCTO  
PARISIIS QVASI EX INFERIS VELATVR

Der weltbekannte Arc de Triomphe wird vom im Vorjahr verstorbenen genialen Künstler Christo in Paris gewissermaßen aus dem Jenseits heraus verhüllt.

*hdf*

# DE ANTONIO BECCADELLI PANORMITA

(1394–1471)<sup>1</sup>




*Antonius Beccadelli(us) Panormita* natus est *a.1394 Panormi*, mortuus d.15.m.Ian. *a.1471 Neapoli*. Qui fuit Italus humanista, id est auctor renascentiae artium atque litterarum.

Beccadellius in urbe *Senae Iuliae* (i.e. Italicē *Siena*) studuit litteris cognoscendis. Idem a.1425 Bononiae publicavit opus epigrammatum, quae obscaena atque satirica Latino sermone conscripserat. Hoc opus, cui titulum imposuit *Hermaphroditī*, dedicavit *Cosimo Mediceorum*. A.1429 Beccadellius factus est **poeta aulicus Ducis Philippi Mariae Visconti**. A.1434 novo fautori se adiunxit eo quod factus est *secretarius et consiliarius Alfonsi V. Araconensis*. Beccadellius Neapoli studiorum humanisticorum fautor a.1458 condidit Academiam Pontanianam, quae a *Iohanne Pontano* discipulo eius et successore recepta et exaucta adhuc exstat. Quae academia aetate

---

<sup>1</sup> Textus originalis est symbola Wikipediana theodisce scripta: [https://de.wikipedia.org/wiki/Antonio\\_Beccadelli](https://de.wikipedia.org/wiki/Antonio_Beccadelli)

Beccadellianâ appellabatur *Porticus Antoniana*. Idem humanista scripsit *De dictis et factis Alphonsi regis* necnon carmina epistulasque Latinas.



Notae marginales ab ipso Antonio Beccadelli scriptae in codice Latinae versionis Plutarchae, quam possedit auctor Hermaphrodit. Romae, in Bibliothecâ Apostolicâ Vaticanâ, Vat. Lat. 3349, fol. 161v



DOMUS ANTONII BECCADELLI NATALIS PANORMITANA

## **Editiones et translationes**

- Antonio Beccadelli: *Hermaphroditus*. Lateinisch und deutsch. Reclam, Leipzig 1994.
- Donatella Coppini (Hrsg.): *Antonii Panormitae Hermaphroditus*. Bulzoni, Rom 1990, [ISBN 88-7119-351-2](#) (kritische Edition mit ausführlicher Einleitung).
- *Antonii Panormitae. Lateinisch nach der Ausgabe von C. Fr. Forberg (Coburg 1824), nebst einer deutschen metrischen Übersetzung und der deutschen Übersetzung der Apophoreta von C. Fr. Forberg. Besorgt und herausgegeben von Fr. Wolff-Untereichen. Mit einem sexualwissenschaftlichen Kommentar von Dr. Alfred Kind.* Adolf Weigel, Leipzig 1908 ([Digitalisat im Internet Archive](#)).
- Holt Parker (Hrsg.): *Antonio Beccadelli: The Hermaphrodite*. Harvard University Press, Cambridge (Massachusetts) 2010, [ISBN 978-0-674-04757-0](#) (lateinischer Text und englische Übersetzung).
- [Nikolaus Thurn](#): *Drei neapolitanische Humanisten über die Liebe. Antonio Panormita Beccadelli: Hermaphroditus; Ioannes Iovianus Pontanus: De Amore Coniugali; Michael Tarchaniota Marullus: Hymni Naturales*. 2002, 2. überarbeitete und aktualisierte Ausgabe 2019. [ISBN 978-3-86757-108-1](#) (enthält jeweils lateinischen Text und deutsche Übersetzung)

## **Litterae secundariae**

- Gianvito Resta: *Beccadelli, Antonio, detto il Panormita*. In: Alberto M. Ghisalberti (Hrsg.): *Dizionario Biografico degli Italiani* (DBI). Band 7: Bartolucci–Bellotto. Istituto della Enciclopedia Italiana, Rom 1965, S. 400–406.

## **Iunctiones interretiales**

- [Literatur von und über Antonio Beccadelli](#) im Katalog der [Deutschen Nationalbibliothek](#)
- [Hermaphroditus](#) Erstes Buch und Auszüge aus dem Zweiten Buch

**SYMBOLAM WIKIPEDIANAM**  
**QUAE SPECTAT AD**  
**ANTONIUM BECCADELLIUM PANORMITAM**  
**LATINE REDDIDIT**  
**LEO LATINUS**

# **EXCERPTA HERMAPHRODITI BECCADELLIANI<sup>1</sup>**

## **HERMAPHRODITI LIBELLUS PRIMUS.**

### I.

**AD COSMUM FLORENTINUM,  
EX ILLUSTRI PROGENIE MEDICORUM VIRUM  
CLARISSIMUM, QUOD SPRETO VULGO LIBEL-  
LUM AEQUO ANIMO LEGAT, QUAMVIS LASCI-  
VUM, ET SECUM UNA PRISCOS  
VIROS IMITETUR.**

Si vacat a patrii cura studioque senatus,  
 Quidquid id est, placido lumine, Cosme, legas.  
 Elicit hoc cuivis tristi rigidoque cachinno  
 Cuique vel Hippolyto concitat inguen opus.

- 5    Hac quoque parte sequor doctos veteresque poëtas,  
 Quos etiam lusus composuisse liquet,  
 Quos et perspicuum est vitam vixisse pudicam,  
 Si fuit obsceni plana tabella joci.  
 Id latet ignarum vulgus, cui nulla priores  
 10   Visere, sed ventri dedita cura fuit.  
 Cujus et hos lusus nostros inscitia carpet.  
 Oh ita sit ! Doctis irreprehensus ero.  
 Tu lege, tuque rudem nihili fac, Cosme, popellum,  
 Tu mecum aeternos ipse sequare viros.

.....

---

<sup>1</sup> Septem carmina Beccadelliana, quae sequuntur, Leo Latinus excerptis ex hac editione: Antonii Panormitae Hermaphroditus. Primus in Germania edidit et apophoreta adjecit Frider.(icus) Carol.(us) Forbergius. Coburgi (Sumtibus Meuseliorum) 1824, p.39-47.

**II.****AD SEMET IPSUM LOQUITUR ET  
RESPONDET.**

Cosmus habet dios et lectitat usque poëtas;  
 Quid studium turbas, rause poëta, suum?  
 Cosmus habet lautas epulas; quid oluscula coenat?  
 Una quidem ratio est et studii et stomachi.

**III.****AD COSMUM VIRUM CLARISSIMUM,  
DE LIBRI TITULO.**

Si titulum nostri legisti, Cosme, libelli,  
 Marginibus primis Hermaphroditus erat.  
 Cunnus et est nostro simul est et mentula libro;  
 Conveniens igitur quam bene nomen habet.  
 5 At si podicem vocites, quod podice cantet,  
 Non inconveniens nomen habebit adhuc.  
 Quodsi non placeat nomen, nec et hoc, nec et illud,  
 Dummodo non castum, pone quod ipse velis.

**IV.****AD MATRONAS ET VIRGINES CASTAS.**

Quaeque ades, exhortor, procul hinc, matrona, recede;  
 Quaeque ades, hinc pariter, virgo pudica, fuge.  
 Exuor, en bracis jam prosilit inguen apertis,  
 Et mea permulto Musa sepulta mero est.  
 5 Stet, legat et laudet versus Nichina procaces,  
 Adsueta et nudos Ursu videre viros.

## V.

**DE URSA SUPERINCUBANTE.**

Quum mea vult futui superincubat Ursa Priapo;  
 Ipse suas partes substineo, illa meas.  
 Si juvat, Ursa, vehi, moveas clunemque femurque  
 Parcius, aut inguen non tolerabit onus.  
 5 Deinde cave reduci repetas ne podice penem;  
 Quamvis, Ursa, velis, non mea virga volet.

## VI.

**DE CORVINO VINUM ACCURATE CU-  
STODIENTE, NON UXOREM.**

Corvinus vegetem<sup>1</sup> custodit clave seraque,  
 Non cohibet cunnum conjugis ille sera.  
 Zelotypus vegetis, cunni sed prodigus ille est;  
 Haustu nam cunnus non perit; illa perit.

## VII.

**EPITAPHIUM PEGASI, CLAUDI  
PAEDICONIS.**

Si vis scire meum nomen votumque, viator,  
 Pegasus hac ego sum claudus humatus humo.  
 Vota deinde scias, nomen quum sciveris, audi.  
 Sic desiderio tu potiare tuo.  
 5 Quum pathicum quemquam paedicaturus ephebum es,  
 Illud in hac tumba, quaeso, viator agas,

---

<sup>1</sup>+veges, vegetis f. est vox mediaevalis, valet vas vinarium. cfr <http://ducange.enc.sorbonne.fr/VEGES>: „VEGES, Vas vinarium, modius, dolium: Italis *Veggia*. Vita S. Joannis Episcopi Tragur.: De tanta paucitate uvarum tres majores jam replevimus Vegetes. Vita S. Andreæ de Galeranis: Ivit ad Vegetem, et facto signo Crucis hausit abunde, Vegete reppleta divinitus...“

Atque ita mis animas coitu, non thure, piato,  
 Scilicet hanc requiem manibus, oro, dato.  
 Hoc apud infernas genus est leniminis umbras  
 10 Praecipuum; prisci sic statuere patres.  
 Quippe ita Chironis cineres placabat Achilles,  
 Sensit et hoc podex, flave Patrocle, tuus,  
 Gnovit Hylas patrio percitus ab Hercule busto.  
 Tu mihi majores quod docuere lita.



CHIRON ET ACHILLEUS

ACHILLEUS CURAT  
VULNUS PATROCLIS.

**VERSUS HERMAPHRODITI BECCADELLIANI  
EX EDITIONE FORBERGIANA EXCERPSIT  
LEO LATINUS**

# DE FRIDERICO CAROLO FORBERG

(1770–1848)<sup>1</sup>



**Fridericus Carolus Forberg**, qui est natus d.30. m.Aug. a.1770 in Thuringiae oppido *Meuselwitz*, mortuus d.1.m.Ian. a.1848 in oppido *Hildburghausen*, fuit Germanus philosophus atque philologus.

## Vita

Forbergius filius fuit parochi evangelico-lutherani Meuselwitziani. Lipsiensi in universitate studiorum fuit *auditor Ernesti Platneri*, postea Ienensi *Caroli Leonhardi Reinhold*. A mense Aprili usque ad Septembrem a.1791 Forbergius unâ cum *Francisco Paulo de Herbert* iter fecit in Carinthiae urbem *Vadum Querimoniae* (*Klagenfurt*), unde Professori Reinhold Ienensi nonnullas epistulas misit, e quibus apparent etiam in Carinthiâ fuisse homines, qui faverent Revolutioni Francogallicae. „*Sane persuasum mihi est in totâ Germaniâ paucos*

<sup>1</sup> Textus originalis est symbola Wikipediana: [https://de.wikipedia.org/wiki/Friedrich\\_Karl\\_Forberg](https://de.wikipedia.org/wiki/Friedrich_Karl_Forberg)

*tantum esse similes Domui Herbertianae<sup>1</sup> eademque vivacissimē demonstrari, quantam vim salutarem habeat philosophia critica non solum ad mentem, sed praesertim ad animam sui veneratorum.*“ Forbergius Kantianus in opere de vitâ propriâ scripto refert etiam dominas iuveniles Vadi Querimoniae versantes opera Immanuelis Kantii curavisse foliis nigris involvenda, ut haberentur pro libris precatoriis, quales legere sibi liceret inter missam sacram dominicalem, necnon narrat de seminaristis sacerdotalibus, qui audivissent acroases philosophiae Kantianae.

Ab a.1792 usque ad a.1796 Forbergius philosophiam docuit in universitate studiorum Ienensi, ubi scholis suis academicis praecipue tractavit philosophiam moralem, anthropologiam, philosophiam criticam. At quia solo hoc munere docendi non potuit vitam sustentare, ab a.1794 usque ad a.1796 etiam operatus est pro domo editoria Christiani Ernesti Gabler bibliopolae, ubi cum cetera tum praecipue opera ipsius Fichte philosophi publicavit. Mense Octobri a.1795 exeunte Forbergius divulgavit „*Fragmenta ex chartis meis relictā*“<sup>2</sup>, ex quibus dilucidē apparet, quae rationes intercesserint inter **Carolū Leonhardum REINHOLD** et **Iohannem Theophilum FICHTE** philosophos Ienenses et quomodo eaedem sint mutatae. Cum neque alumnis academicis docendis neque libris edendis victum sibi comparare posset sat prosperum, Forbergius aestate a.1796 Ienam reliquit Helvetiam petiturus, ubi adire voluit Iohannem Henricum Pestalozzi. At medio in itinere a.1797 in oppido **Saalfeld** ad flumen **Saale** sito munus ei praebetur correctoris lycei – quod suscepit. Rector lycei cum propter scandalum amatorium Saalfeldiam fugeret, Forbergio spes offertur rectoratum accipiendo. At propter Forbergii persuasiones philosophicas atque paedagogicas non omnibus gratas susceptio huius muneris per biennium retardatur. Nam a.1798 Forbergius corrector effecit litigationem atheismi eo quod in periodico Niethammeri et Fichtei philosophico publicavit symbolam, quae inscribitur „*Notio religionis quomodo explicetur*“<sup>3</sup>, quam Fichteus in epilogo defendit. Forbergius sentit religionem esse fidem practicam, qua inductus homo agat moraliter. Haec fides secundum Forbergium e

---

<sup>1</sup> Domus Herbertiana, orig. „*das herbertische hauß*“, i.e. circulus Francisci Pauli de Herbert Clagenfurtensis (1759-1811) fautoris artium et litterarum, qui deditus erat philosophiae Kantianae.

<sup>2</sup> Titulus originalis: „*Fragmente aus meinen Papieren*“

<sup>3</sup> Titulus originalis: „*Entwickelung des Begriffs der Religion*“.

nulla re constat nisi ex eo, quod optatur, ut res bona in mundo superaret. Forbergio, ut est Kantianus, persuasum est existentiam Dei neque demonstrari posse patefactione neque speculatione theoreticâ ideoque non posse admitti et comprobari nisi sensu existentiae putative, quae adhibetur a philosopho morali. Theologia a Forbergio aequiparatur philosophiae religionis.

At Forbergio in scholâ non contigit, ut persuasiones suas Kantianas ad effectum adduceret; parentes enim recusaverunt, ne liberi sui ab eo instituerentur. Itaque lyceo relicto idem philosophus munus magistratûs ducalis Coburgensis accepit, quo functus est ab a.1801 usque ad a.1807, et cum alia tum scholae reformationem tractavit. M.Ian.a.1806 Forbergius graviter reprobatus est a gubernatione ducali, quia auctor in periodico hebdomadali Coburgensi Napoleonem gloriose celebraverat. Itaque editio periodici est publice comprehensa et nota censoria signata. Tamen Forbergius m.Mart. eiusdem anni factus est consiliarius cancellariatus secretus rerum ecclesiasticarum scholariumque. Idem bibliothecam a.1807 custodiendam receptam in novum ordinem rededit. A.1820 Forbergius etiam factus est custos collectioniks ducalis chalcographiarum et monetarum, quas in novum ordinem catalogicum rededit.

**A.1824 Forbergius in lucem edidit *Hermaphroditum Antonii Beccadelli Panormitae***, opus eroticum renascentiae litterarum. Ut opus Beccadellianum explicet, adicit opus proprium, quod inscribitur „*De Figuris Veneris*“. Hoc opus Forbergianum Latinê scriptum est quodammodo enchiridion erotologiae classicae, in quo auctor textûs antiquos, sed etiam textûs aetatis novae priores collegit, quibus multiplicitas morum veneris colenda clarê atque dilucidê describitur.

A.1827 Forbergius sedem suam in oppidum *Hildburghausen* transtulit, quia consessor factus est extraordinarius sectionis vigilum publicorum gubernationis ducalis<sup>1</sup>. A.1829 salvo salario pleno emeritus est. A.1840 editum est opus eius, c.t. „*Curriculum vitae viri qui cecidit in oblivionem*“<sup>2</sup>. A.1848 Fridericus Carolus Forbergius postquam per sex septimanas aegrotavit aetate 77 annorum in oppido

---

<sup>1</sup> originaliter: „außerordentlicher Beisitzer der Polizeiabteilung der herzoglichen Landesregierung“

<sup>2</sup> Titulus originalis: „Lebenslauf eines Verschollenen“.

Hildburghausen ducalis consiliarius cancellariatus secretus Saxonico-Meiningianus de vitâ decessit.

Forbergius illuminator mentium criticus, qui aetate Fichteanâ remansit Kantianismo obligatus, ab historicis philosophiae saepe iniustê dicitur esse discipulus Fichtei, quem a.1797 in „Epistulis de philosophia novissima scriptis“ vituperavit. ***Fridericus Mauthner Forbergium appellavit „quoad liberationem a religione ... unicum Kantii discipulum verum.“***

### **Scripta Forbergii ipsius**

- (anonym:) *Fragmente aus meinen Papieren*, Jena 1796
- *Briefe über die neueste Philosophie*. In: *Philosoph. Journal* 6. Bd., 1. H., (1797), S. 44–88 u. 7. Bd., 4. H., (1797)
- *Entwickelung des Begriffs der Religion*. In: *Philosoph. Journal* 8. Bd., 1. H. (1798), S. 21–46
- Werner Röhr: *Appellation an das Publikum... Dokumente zum Atheismusstreit um Fichte, Forberg, Niethammer*. Jena 1798/99, Leipzig 1987
- (anonym:) ***Lebenslauf eines Verschollenen, Hildburghausen u. Meiningen 1840***
- *Antonii Panormitae Hermaphroditus*, Coburg 1824
- Friedrich Karl Forberg: *Manual of Classical Erotology (De Figuris Veneris)* [1884], lat./engl., Honolulu 2003
- Friedrich Karl Forberg: *Manuel d'érotologie classique (De Figuris Veneris)* [1906], frz. Übersetzung mit Illustrationen von [Paul Avril](#); spätere Ausgaben mit einem Nachwort von [Pascal Pia](#) [1959], auch Paris 1995.
- Antonio Panormita: *Hermaphroditus mit Apophoreta von Friedrich Carl Forberg* [1908], hg. u. komment. v. Wolfram Körner u. Steffen Dietzsch, Leipzig 1986
- Friedrich Karl Forberg: *De Figuris Veneris (Manuale di erotologia classica)*, lat. Text, ital. Vorwort, Catania: Libreria Tirelli di F. Guaitolini 1928
- Friedrich Karl Forberg: ***Klassische Liebesspiele/Wollust in den Villen Roms***, übers. u. hg. v. [Johanna Fürstauer](#), Konstanz 1969
- Friedrich Karl Forberg: *Manual de erótica clásica*, span. Übersetzung, hg. von Luis Parra u. José M. Ruiz. Madrid 2007.

### **Litterae secundariae**

- Wilhelm Baum (Hrsg.): *Weimar – Jena – Klagenfurt. Der Herbertkreis und das Geistesleben Kärtntens im Zeitalter der französischen Revolution*. Kärtntner Druck- u. Verlags-Ges., Klagenfurt 1989, [ISBN 3-85391-083-1](#)
- Wilhelm Baum: *Der Klagenfurter Herbert-Kreis zwischen Aufklärung und Romantik*. In: *Revue Internationale de Philosophie* 197, (1996), S. 483–514.
- Manfred Frank: ***Friedrich Karl Forberg – Porträt eines vergessenen Kommilitonen des Novalis***. In: *Athenäum. Jahrbuch für Romantik* 6 (1996), S. 9–46.
- Manfred Frank: „*Unendliche Annäherung.*“ *Die Anfänge der philosophischen Frühromantik*. Suhrkamp, Frankfurt a. M. 1997, [ISBN 3-51828-928-4](#), S. 623–661.
- Guido Naschert: *Friedrich Karl Forberg*. In: *Biographisch-Bibliographisches Kirchenlexikon* (BBKL). Band 32, Bautz, Nordhausen 2011, [ISBN 978-3-88309-615-5](#).
- Guido Naschert: *Fichtes Jenaer Verleger. Friedrich Karl Forbergs Kompagnie mit Christian Ernst Gabler und das schwierige Geschäft mit der Revolution*. In: Christine Haug, Franziska Mayer u. Winfried Schröder (Hrsg.): *Geheimliteratur und Geheimbuchhandel in Europa im 18. Jahrhundert*. Harrassowitz, Wiesbaden 2011, S. 127–155.
- Peter Struck: *Zwei Briefe Friedrich Carl Forbergs aus dem Jahr 1794*. In: *Jahrbuch der Coburger Landesstiftung* (1994), S. 45–60.

- Peter Struck: *Friedrich Carl Forberg. Wer steuerte die Zeitungsblätter aus verschiedenen deutschen Städten zu Forbergs „Klatschrosen“ bei?* LEIBNIZ-Bücherwarte, Bad Münder am Deister, 2007. [ISBN 978-3-925237-21-8](#).
- Günther E. Thüry: *Der Coburger Gelehrte Friedrich Karl Forberg (1770–1848) und die Erforschung der antiken Sexualgeschichte*. In: *Jahrbuch der Coburger Landesstiftung* 55 (2010/2011), S. 71–86.

## **Iunctiones interretiales**

[Commons: Friedrich Karl Forberg](#) – Sammlung von Bildern, Videos und Audiodateien

- [Literatur von und über Friedrich Karl Forberg im Katalog der Deutschen Nationalbibliothek](#)
- [SWR2-Sendung von Marianne Thoms über Forberg](#)

**SYMBOLAM WIKIPEDIANAM  
QUAE SPECTAT AD  
FRIDERICUM CAROLUM FORBERG  
LATINE REDDIDIT  
LEO LATINUS**

# DE EDUARDO HENRICO

## AVRIL

(1849–1928)<sup>1</sup>



Édouard-Henri Avril (circa a.1885)

**Eduardus Henricus Avril** (qui natus est d.21. m.Maii a.1849 in Algerio, mortuus a.1928 in oppido *Le Raincy*) Francogallus fuit pictor et graphicus. Sub nomine, quod fuit „**Paul Avril**“ innotuit illustrator fabularum eroticarum et pornographicarum.<sup>[1]</sup>

### Vita

Avril(ius) ab a.1874 arti figurativa cognitione studuit in *Scholâ Artium Bellarum Parisiensi* et ab a.1878 exhibuit picturas suas in variis Parisiorum exedris. Cum mandatum sibi esset, ut Theophili Gautier fabulam romanicam, c.t. Fortunio, pectoris instrueret quam lascivissimis, nomine usus est *Pauli Avril*, quo postea usus est in plerorumque operum subscriptionibus. Avrilius cito in claritudinem

---

<sup>1</sup> Textus originalis est symbola Wikipediana theodiscê scripta: [https://de.wikipedia.org/wiki/%C3%89douard-Henri\\_Avril](https://de.wikipedia.org/wiki/%C3%89douard-Henri_Avril)

perveniens persaepe rogabatur, ut libros classicos litterasque aetatis sua lasciviores illustraret. Libri picturis Avrilianis ornati ratione subscriptionis vendebantur hominibus classis burgensis divitioribus pretii incuriosis. Picturae eius saepe a fratre suo *Paulo Victore* radebantur; quo interdum fit, ut opera eius cum fratris confundantur.

## **Opera**

Paul, i.e. Eduardus Henricus Avril picturis ornavit haec opera quae sequuntur:

- *Salammbô* : Gustave Flaubert
- *Point de lendemain* : Vivant Denon (1889)
- *Fanny Hill* : John Cleland
- *Les Aventures du Chevalier de Faublas* : Jean-Baptiste Louvet de Couvray
- *Mon oncle Barbassou* (1884) : Mario Uchard
- *La Femme* : Jules Michelet
- *Musque, hashish et sang* : Hector France
- *Le Miroir du monde* : Octave Uzanne (1888)
- *Sonnetti lussuriosi* : Pietro Aretino (1892)
- *Le Roi Candaule* : Théophile Gautier (1893)
- *Gamiani* : Alfred de Musset


Opus eius principale habentur picturae, quae spectant ad Figuras Veneris Forbergianas<sup>1</sup>.

# **SYMBOLAM WIKIPEDIANAM QUAE SPECTAT AD EDUARDUM HENRICUM AVRIL LATINE REDDIDIT LEO LATINUS**

---

<sup>1</sup> Hae picturae primo editae sunt in: [Friedrich Karl Forberg](#): *De Figuris Veneris. Manuel d'érotologie classique* Traduit littéralement du latin par [Isidore Liseux](#). Dessins de Paul Avril gravés par Théophile Fillon. Paris: [Charles Hirsch](#) 1906.

# DE FIGURIS VENERIS<sup>1</sup>



*De figuris Veneris*

auctor	<a href="#">Friedrich Karl Forberg</a>
illustrator	<a href="#">Édouard-Henri Avril</a>
Artifex integumenti	<a href="#">Édouard-Henri Avril</a>
Terra editionis	Germania
	Latina et Graeca
Linguae	in theodiscam, anglicam, Francogallicam, Hispanicam conversum
Annus publicationis	a.1824

Opus, quod inscribitur *De figuris Veneris*, est anthologia scriptorum antiquitatis Graecae et Romanae, quae ad res eroticas spectantia cum doctâ gravitate in genera distribuuntur et tractantur. Quod opus

---

<sup>1</sup> Textus originalis: [https://en.wikipedia.org/wiki/De\\_figuris\\_Veneris](https://en.wikipedia.org/wiki/De_figuris_Veneris)

**Fridericus Carolus Forberg** Germanus philologus classicus primum a.1824 sermone Latino et Graeco publicavit, ut commentaretur Antonii Beccadellii (1394-1471) *Hermaphroditum*, opus a.1425 sermone Latino editum, quod complectitur poemata erotica.

Opus Forbergianum postea est etiam publicatum a Beccadelliano seiunctum, a.1899 a *Carolo Carrington* anglice reddi, a.1907 iterum a *Carolo Hirsch*, porro francogallice, theodisce, hispanice. Editio francogallica ab *Alcide Bonneau* facta inscribitur *Manuel d'érotologie classique*. Editio francogallica a.1906 illustrata est ab *Eduardo Henrico Avril*; in eius parte finali est index 95 positionum coeundi.

### Loci testes

- [Thomas, Donald \(1969\). A Long Time Burning: the History of Literary Censorship in England.](#) Taylor & Francis. p. 284.
- • [Camille, Michael; Rifkin, Adrian \(2001\). Other Objects of Desire: collectors and collecting queerly.](#) Wiley-Blackwell. pp. 86–87. [ISBN 0-631-23361-X.](#)
- [Turner, James \(2003\). Schooling Sex: libertine literature and erotic education in Italy, France, and England, 1534-1685.](#) Oxford University Press. p. 391. [ISBN 0-19-925426-5.](#)

### Bibliography

- [Manuel d'erotologie classique](#); artandpopularculture.com
- [Antonii Panormitae Hermaphroditus\], Friedrich Karl Forberg \(a cura di\), Goburgi, sumtibus Meuseliorum, 1824, pp. 205 ff.](#)
- [Manual of classical erotology \(de figuris Veneris\)](#), Manchester, Julian Smithson M. A. and friends, 1884.

### External links

Media related to [Avril's illustrations to De figuris Veneris](#) at Wikimedia Commons

#### [\*\*Antonii Panormitae Hermaphroditus\*\*](#)

**Autor / Hrsg.:** Beccadelli, Antonio ; Forberg, Friedrich Karl ; Beccadelli, Antonio ; Forberg, Friedrich Karl

**Verlagsort:** Coburgi | **Erscheinungsjahr:** 1824 | **Verlag:** Meusel

**Signatur:** P.o.lat. 1660 i

**Reihe:** Antonii Panormitae Hermaphroditus

# **MONITUM FORBERGIANUM**

**NON INTRET CATO THEATRUM NOSTRUM,  
AUT SI INTRAVERIT SPECTET.**

**Fridericus Carolus Forberg**

**SYMBOLAM WIKIPEDIANAM  
QUAE SPECTAT AD**

**FIGURAS VENERIS  
FORBERGIANAS**

**LATINE REDDIDIT  
LEO LATINUS**

# DE FIGURIS VENERIS<sup>1</sup>



Varias Veneris figuras recensere consilium est, non omnes omnino illas quidem, qui enim fieri posset, ut mille modi Veneris, mille figurae, per quas ingeniosa libidinis satietas audeat Venerem jungere, numero comprehenderentur? Sed eas ita per certa genera digestas, ut suo quaque loco facile aptari posse videatur. Noli vero, lector curiose, aliena forte spe animum pascere. Neque enim nos ii sumus, qui gloriolam petamus experta aut nove tentata prodendo in palaestra, qua tirocinium nequaquam posuerimus; neque est instituti nostri, oculis auribusve accepta tradere; neque etiam, ut maxime vellemus, ita tibi satisfacere ullo modo possemus, qui toti pendeamus a libris, toti

<sup>1</sup> Textus a Leone Latino excerptus est ex hac editione: Antonii Panormitae Hermaphroditus. Primus in Germania edidit et apophoreta adjectit Frider.(icus) Carol.(us) Forbergius. Coburgi (Sumtibus Meuseliorum) 1824, p.205-214. Tres imagines quas pinxit Eduardus Henricus Avril, inveniuntur hac pagina interretiali : <http://www.arterotismo.com/PaulAvril/index.htm>

simus in libris, vix versemur inter homines. Lusimus haec otia primum animi causa, aliud ex alio nectentes, philosophia, in qua olim quasi tabernaculum vitae collocare putabamus, nunc jacente; an floret, cuius quaeque prope dies nova videt dogmata cito peritura pullulare, ut quot



philosophi, tot fere hodie philosophiae, sectae nullae, pro cohorte singulares exstare videantur? Deinde vero etiam propterea, ut eorum rationibus aliquantulum consuleremus, qui in liberiore scriptorum veterum simplicitate salibusque nudis haud raro haerentes deserit se quererentur pudica interpretum aut brevitate aut taciturnitate, licet qui pueris scripserint, eos jure suo abstinuisse ab obscenis voluptatibus diligentius et explanatius enarrandis infitias iverit nemo.

Si quidquam peccaverimus, ignoscas quae sumus cum supellectili nostrae curtae, tum insolentiorum libidinum imperitiae, quae solet regnare in oppidis parvis, tum vero etiam mentularum Melocabensium, si placet, probitati.

Non nostrum est exemplum. Praeivit Astyanassa, quae Suida teste prima scripsit **περὶ σχημάτων συνουσιασικῶν**: praeivit Philaenis Samia vel potius ne de aliena fama detrahere videamur, qui librum **περὶ ποικίλων σχημάτων ἀφροδισίων** matronae honestae nomine inscripsit, Polycrates, sophistes Atheniensis: praeivit Elephantis sive Elephantine, puella Graeca, cuius lascivis libellis Tiberius Caesar cubicula instruxisse fertur: praeivit Paxamus, qui **Δωδεκάτεχνον** composuit de figuris obscenis: praeivit Sotades Maronita, Cinaedologus dictus, a quo Sotadeorum nomen mansit omni generi librorum, nimiae impudicitiae nota insignium: praeivit Sabellus, in quem Martialis XII,43:

### XLIII

Facundos mihi de libidinosis  
 Legisti nimium, Sabelle, versus,  
 Quales nec Didymi sciunt puellae  
 Nec molles Elephantidos libelli.  
 Sunt illic Veneris novae figurae,       5  
 Quales perditus audeat fututor,  
 Praestent et taceant quid exoleti,  
 Quo symplegmate quinque copulentur,  
 Qua plures teneantur a catena,  
 Extinctam liceat quid ad lucernam.       10  
 Tanti non erat, esse te disertum.

Praeivit vir divini ingenii Petrus Aretinus, quem tabellas sedecim obscenissimas a Julio Romano pictas, a Marco tum Antonio in aere incisas, carminibus intemperantissimis, ut nihil supra, illustrasse iniqua fama canit: praeivit Laurentius Venerius, nobilis Venetus, auctor libelli Italico sermone conscripti, cum indice *La puttana errante*, quo coëundi non minus triginta quinque modos enumerare sibi sumsit: praeivit denique Nicolaus Chorerius, jurisconsultus Francogallus, qui Aloisiae Sigeae, virginis Hispanae, nomen praefixit Satirae Sotadicae de arcanis amoris et Veneris, quanquam et fertur libellus sub nomine Joannis Meursii cum epigraphe: *Elegantiae latini sermonis*; in quo libello nescias, utrum latine loquendi accuratam et sine molestia diligentem elegantiam, an festivitatem et facetiarum

leporem, an eruditionis Romanae scintillas identidem micantes, an multam et copiosam orationem, exquisitis et verborum et sententiarum luminibus, antiquitatem redolentibus, velut gemmis distinctam, an praeclaram artem prodigaliter variandi rem unam magis admireris. Alios mittamus.

Non defuerunt praedecessoribus nostris (antiquorum quidem, quos laudavimus, omnium opera tempus nobis invidisse dolemus) censores tetrici, nec tamen lectores studiosi. Neque forsitan deerunt utrique et nostrae paginae. Hominem illa sapit, ac famae securi hominibus scripsimus, naturam subducto supercilio furca expellere non consuetis, sed qui semel vivere auderent, quicquid et in tenebris non essent, nec in publico videri vellent, atque etiam, uti in omnibus rebus, ita in Venereis, auream potissimum tenendam putarent mediocritatem. Valeant ceteri habeantque sibi sapientiae nomen!

.....


Edi potest opus venereum aut per mentulam aut sine mentula. Si per mentulam, frictio mentulae, in qua omnis voluptas versatur, effici potest aut cunno aut culo, aut ore, aut manu aliisve cavis corporis: si sine mentula, cunnus fodi potest aut lingua, aut clitoride, aut alia quacunque re, virili veretro simili.

## CAPUT PRIMUM

### D E F U T U T I O N E.


Ac primum quidem videamus de opere, quod fit per mentulam cunno commissam. Id quidem proprie dicitur *futuere*. Varius autem modus futuendi. Potest enim fututio fieri aut proni cum supina, aut supini cum prona, aut supini aum aversa, aut sedentis cum adversa, aut sedentis cum aversa, aut stantis cum adversa, aut stantis cum aversa. Iam singula dispiciamus.

Coitus proni cum supina est modus communis atque etiam ad naturam maxime accommodatus.



**Aloisia Sigaea** p.322. 23. »*Ego vero communem Veneris usum et figuram unice laudo, ut in supinam vir procumbat, pectus pectore, ventrem ventre comprimat, pubes pubi colludat, diffindens rigido conto teneram rimam. Nam quid dulcius cogitando fingi potest, quam resupinam amati corporis blando pondere ad irrequietae sed suavis impatientiae molles incitari furias? Quid gratius, quam amantis vultu pasci, osculis, suspiriis et patrantium oculorum incendiis? Quid praestabilius, quam amores suos fovere complexibus, sensibus quidem, quos non aetas, non vitium ullum obtudit? Quid utriusque libidini, utriusque voluptati laetius concutientis et succutientis lascivis motitationibus? Quid opportunius p[re]ae voluptate emorientibus quam flammescentium suaviorum vivida vi reviviscere? Qui aversa ludit in Venere, uni tantum alterive sensui gratificatur, omnibus, qui in adversa.«*

**DE FIGURIS VENERIS  
DOCUIT**



**FRIDERICUS CAROLUS  
FORBERG**

**TEXTUS EXCERPSIT  
LEO LATINUS**

## **ECHUS VOCES EPISTULAE**

**Theodericus Sacré Academiae Latinitati Fovendae sodalibus optimis s.d.p.**  
 Mense Martio huius anni timidissime praestituimus dies 1um et 2um mensis Octobris ad coetus nostros Romae celebrandos; nesciebamus enim futurumne mox esset ut pestilentia illa coronaria decresceret necne. Iam vero vis morbi aliquando tandem laxari videtur; itaque fiducia paulo maiore confirmare audemus sessiones nostras per id biduum Octobre habitum iri in aula maiore, quam habent aedes Academiae Belgicae in Urbe. Haec vos rescire volui, ut itinera vestra commode parare possetis. Res autem inter sessiones agendae postea nuntiabuntur. Valete quam optime!

D. Lovanio die 27 m. Aug. 2021.

**Theodericus Sacré sodalibus ALF optimis s.d.p.**

Diebus 1 et 2 m. Oct. in aedibus Romanis Academiae Belgicae habebitur Coetus Generalis ALF. Ordinem rerum agendarum huic epistolio subiunxi. Spero fore ut multi sodales sessionibus intersint. Cum vero propter morbum illum Coronarium condiciones adhuc sint aliquatenus peculiares, humane a vobis peto ut Nicolaum De Mico sodalem et secretarium datis nuntiis quam primum certiores faciatis utrum affuturi sitis necne [nicodemico4@gmail.com]. Curate ut quam optime valeatis!

**Nico De Mico ti sta invitando a una riunione pianificata in Zoom.**

**Argomento: Oratio menstrua**

**Ora: 25 set 2021 04:00 PM Amsterdam, Berlino, Roma, Stoccolma, Vienna**

**Entra nella riunione in Zoom**

<https://uniroma1.zoom.us/j/83038326148?pwd=VHFXZEE1UWtsZmFwaFl6ZFc5ZjEvQT09>

ID riunione: 830 3832 6148

Passcode: 277627

Un tocco su dispositivo mobile

+13126266799,,83038326148# Stati Uniti (Chicago)

+13462487799,,83038326148# Stati Uniti (Houston)

Componi in base alla tua posizione

+1 312 626 6799 Stati Uniti (Chicago)

+1 346 248 7799 Stati Uniti (Houston)

+1 669 900 6833 Stati Uniti (San Jose)

+1 929 436 2866 Stati Uniti (New York)

+1 253 215 8782 Stati Uniti (Tacoma)

+1 301 715 8592 Stati Uniti (Washington DC)

ID riunione: 830 3832 6148

Trova il tuo numero locale: <https://uniroma1.zoom.us/u/kS5XoCRE3>

Entra tramite SIP  
[83038326148@zoomcrc.com](mailto:83038326148@zoomcrc.com)

Entra tramite H.323  
 162.255.37.11 (Stati Uniti Occidentali)  
 162.255.36.11 (Stati Uniti Orientali)  
 115.114.131.7 (Mumbai - India)  
 115.114.115.7 (Hyderabad - India)  
 213.19.144.110 (Amsterdam Paesi Bassi)  
 213.244.140.110 (Germania)  
 103.122.166.55 (Australia Sydney)  
 103.122.167.55 (Australia Melbourne)  
 149.137.40.110 (Singapore)  
 64.211.144.160 (Brasile)  
 149.137.68.253 (Messico)  
 69.174.57.160 (Canada Toronto)  
 65.39.152.160 (Canada Vancouver)  
 207.226.132.110 (Giappone Tokyo)  
 149.137.24.110 (Giappone Osaka)  
 ID riunione: 830 3832 6148  
 Passcode: 277627

Entra tramite Skype for Business  
<https://uniroma1.zoom.us/skype/83038326148>

Tue, 7 Sep 2021 18:48:09 +0000 Raúl Navarro España

**RADULFUS NAVARRO HISPANUS**

Radulfus Leoni Latino spd.

Has accipientem a me litteras te bene habere spero. In epistula quadam Leonina inscriptiones canibus Romanis dicatas aliquando legi adeoque delectatus sum, ut discipulis meis hoc anno eas legendas proposuerim, tamen, quando hae scriptae fuerint, in epistula tua non apparebat. Licetne aliquid tibi de hoc dicere, quaeso? Gratias maximas in antecessum tibi ago. Vale R.

On Mon, Sep 13, 2021 at 5:03 PM SPQR <[SPQR@leolatinus.com](mailto:SPQR@leolatinus.com)> wrote:

**IOHANNES PETRUS KNIJFF BATAVUS**

**Nicolaus Johanni sal.pl.dic.**

s.v.b.e.e.v.

Quid agis, sodalis? Accepistine Epistulas Leoninas 242 et 243? Placentne tibi argumenta? ...

Permitte, Batave interpres ingeniose, ut aliquid ex te quaeram de miris moribus gentis tuae. Batavi sunt quidem nostri, i.e. Teutonum (ut ita dicam) vicini; tamen habent quosdam mores nobis omnino miros atque aenigmaticos et mysteriales. De duobus quibusdam licet nunc ex te quaeram quid tibi videatur; quomodo tibi videantur exorti esse.

Uxor mea quae est oriunda ex Corea meridionali valde miratur Batavos conclavia sua mediana solere nullis cortinis (nisi valde pellucidis) defendere a curiositate hominum habitacula praetereuntium. Qui mos uxori in Asia orientali natae videtur esse valde mira, sed ego ipse quodammodo vicinus Batavorum, ut verum confitear, etiam nescio explicare.

<https://www.faz.net/aktuell/wirtschaft/wohnen/haus/hollaendische-fenster-geben-einblick-ins-haus-15442395.html>

At alter mos Batavorum, de quo nonnullis annis ante in interreti legi, etiam multo magis aenigmaticus esse videtur. Loquor de more svafelandi, quo gaudere viri Batavi virilitati suae dediti referuntur (quae consuetudo aetate furoris genderismi et feminismi convulsivi est proprietas rarissima).

<https://nl.wikipedia.org/wiki/Swaffelen>

Svafelatio (quantum intellego) est publica appulsio membra virilis semierecti ad rem aliquam, quam declarat vir Batavus a se sibi propriam factam esse (e.g. Tadj Mahal mausoleum Indicum<sup>1</sup>). Et ipse dies svafelandi nationalis celebratur: [BNN-uitzending over de BNN Nationale Swaffeldag op YouTube](https://www.youtube.com/watch?v=JyfjzXWVQHg). Sane mos mirabilis! Quid tibi videtur, bone Iohannes?

Fac ut pancratice valeas et pergas mihi favere.

Medullitus te salutat Leo Latinus.

Am 13.09.2021 um 19:16 schrieb Jan-Piet Knijff:

**Johannes Nicolao sal.**

Accepi quidem *Epistulam Leoninam* 243, cuius magna pars agitur de corporibus miro in modo conservatis, quae res animum excitat, quanquam confiteor me symbola nondum legisse. Etiam nunc *EL* 242 non invenio, quanquam certe credo eam accepisse. ... De moribus autem Batavorum mira nuntias, mi Leo, vel mirum sane. Nam mos quem primum posuisti haud ignotus mihi esse videtur, quanquam Batavi fortasse non semper sic egerunt. Mihi enim in memoriam venit carmen olim (ante 50 fere annos) perbene notum, quo poeta memoriam cuiusdam vici quo natus educatusque fuerat pulcerrime, non autem sine tristitia quadam, canit. Tandem comparat priscos eius vici mores cum modo vivendi hodierno, "homines"que "in arcis e concreto factis habitare" canit, "multo cum vitro, ut videre liceat qualis sit supellex apud Minam" (vicinam scilicet quandam). Ergo vita cortinarum expers mos Batavorum "modernus" esse videtur.

De alio autem more quid vis dicam? Nunquam antea de re audiveram, quae quidem stultissima indignissima perversissima mihi videtur. Quis enim talia faceret?! Num Alexander ille, Batavorum rex?! En Maximula, coniugem tuum svafelantem! Num Marcus ille, praeses vel consul Batavus?! Dux sane factionis "libertatis" quae dicitur, at tali libertate eum frui credideris?! Num olim Bernardus, princeps Germano-Batavus talia fecisset?! Quem habuisse infantes

---

<sup>1</sup> <https://www.nu.nl/opmerkelijk/1518666/student-geschorst-wegens-swaffelen-bij-taj-mahal.html>. ---

<https://www.ensie.nl/neo/swaffelen> <https://www.hbvl.be/cnt/aid709656>----

<https://www.rtvdrenthe.nl/nieuws/91090/Spuitgasten-ontslagen-na-grap-over-swaffelen-in-Wijster>----

illegitimos nemo Batavorum est qui dubitat – quod quidem non prorsus probandum, at pol longe alia res svafelatio ista! Absit ut vel de more barbaro, immo puerili, immo infantili vel punctum temporis cogitare debeam!

Tu autem, Leo optime, uxorem – mihi sane ignotam – meo nomine salutes quaeso atque pancratice ambo valeatis semper curato!

### **Nicolaus Johanni s.**

Summas gratias, care amice, pro responso promptissimo. EL 242 invenies in appendice, EL 244 hac septimana perfectum iri bene spero. ...Quod de svafelando quaesivi, noli stomachari! Vides esse symbolam Wikipedianam huius argumenti batavicam. Mediaevales iurisconsulti dicere solebant: "quod non est in actis, non est in mundo". Hodie dicimus: "Quod est in Wikipedia, est in mundo."

Mi care Iohannes, vale semper quam fortissime. Tu ne cede malis, sed contra audentior ito. Medullitus Leo.

### **Johannes Nicolao s.**

Risum quidem moves, Leo mi care, responso tuo. Pro *Epistula* 242 (quam quidem miro in modo non ante vidisse credo) gratias ago. De munere recte dicis; certe spes est dum vita est, ut aiunt. - Nimis musicum me esse credo quam ut facile discipulas discipulos gregatim doceam in schola, quanquam actus docendi mihi summopere placet. Vel ut aliter dicam, musicae artem nimis mihi cordi esse credo, fortasse plus, ut verum dicam, quam linguae, etiam quam lingua Latina... Certe non stomachor quod rogasti de isto quorundam Batavorum more ridiculo. Immo aliquid didici, hoc tandem est aliquid... Haec quidem raptius, Leo optime, mox certo certius plura. Valeto!

## **ATTILA FARKAS PHYSICUS ULMENSIS**

Am 12.09.2021 um 13:40 schrieb Attila Farkas:

Lieber Herr Groß,

ich habe einen sehr motivierender Artikel über die irische Sprache gefunden, aus dem Jahr 1828: Remarks on the Irish Language, with a Review of Its Grammars, Glossaries, Vocabularies, and Dictionaries; to Which Is Added a Model of a Comprehensive Irish Dictionary (jstor.org)

[<https://www.jstor.org/stable/pdf/30078909.pdf>](https://www.jstor.org/stable/pdf/30078909.pdf)

Ich habe eigentlich nach der Arbeit von William Rowan Hamilton aus 1828 gesucht, Prof. für Astronomie in Dublin, Begründer der klassischen Mechanik und Forscher im Bereich Optik, der nur ein Schritt weit davon entfernt war, auch die Quantenmechanik zu entdecken (Schrödinger 1924, also 100 Jahre später). Die Quantenmechanik beruht auf der Schrödinger Gleichung, was Hamilton entdeckt hat war die Hamilton-Jacobi Gleichung, die ihrer Struktur nach sehr ähnlich aussieht.

Ich habe im Anhang einen Auszug aus dem Artikel angebracht, scheinbar ist es aus dem Irischen übersetzt, den ich "Lob Irlands" genannt habe (auch wenn nur die Hälfte davon wahr ist ...) Mir war nur unterschwellig bewusst, wie bedeutend die irische Missionare für das frühe Mittelalter waren. Leider ist ihr Los das der kleinen, besieгten und (sehr) gründlich unterdrückten Völker geworden. Heute spricht niemand mehr über diese Leistungen. Wenn man in St. Gallen von Hl. Columban hört, es wirkt nur noch wie ein Exoticum, den man nicht richtig einordnen kann. Nochmals bestätigt sich das dictum, dass Sieger die Geschichte schreiben. Das Lesen früherer, heute vergessener Literatur, wie in diesem Fall, kann hoffentlich zur Überwindung der Voreinnahme "von Alters her bekannten Wahrheiten" (Bias) helfen.

Ich habe die letzte Löwenepistel gründlich durchgelesen, da ich etwas mehr Zeit gefunden habe. Die Geschichte des schwedischen Bergmanns Israelson ist wirklich beeindruckend und kulturell wirksam dargestellt, wie Sie es gemacht haben. Auch Anderes hat mir gut gefallen, z.B. das Chronogramm und das dazugehörige Auszug aus dem kath. Katechismus über die Dreifaltigkeit. Tatsächlich ist Matthäus 28, 19 die einzige Stelle, wo diese Lehre wortwörtlich verlautbart wird. Soviel so, dass in einigen protestantischen Kreisen (Unitarier oder Sozinianer) der Verdacht einer Fälschung manchmal hervorgebracht wird. Auch die Position des Verses am Ende des Evangeliums macht eine spätere Hinzufügung plausibel. Trotz diesem subjektiven Gefühl, es gibt gute Gründe um zu glauben, dass der Vers authentisch ist, z.B. durch Bezüge in der Literatur der Kirchenväter, die dem nizänischen Konzil, das die Lehre vorgeschrieben hat, vorangeht. In Transylvanien gibt es eine unitarische Kirche aus der Zeit der Reformation die heute noch sehr aktiv ist, eine der drei Kirchen der ungarischen Minderheit, neben den historisch gewachsenen katholischen und reformierten (Calvinistischen) Kirchen.

Ich hoffe, es geht Ihnen gut. Ich freue mich bereits auf das neue Semester mit Ihnen!

Mit herzlichen Grüßen,  
Attila Farkas

Tue, 7 Sep 2021 18:48:09 +0000

**RADULFUS LAVALLE ARGENTINUS**

**Radulfus Leoni Latino spd**

De inscriptionibus quibusdam Latinis

Has accipientem a me litteras te bene habere spero. In epistula quadam Leonina inscriptiones canibus Romanis dicatas aliquando legi adeoque delectatus sum, ut discipulis meis hoc anno eas legendas proposuerim, tamen, quando hae scriptae fuerint, in epistula tua non apparebat. Licetne aliquid tibi de hoc dicere, quaeso?

Gratias maximas in antecessum tibi ago

Nicolae mi

Gratias ob tuam respcionem. Valeas,  
Radulfus

El mar, 17 ago 2021 a las 15:09, SPQR (<[SPQR@leolatinus.com](mailto:SPQR@leolatinus.com)>) escribió:  
Leo Radulfo sal.plur.dic.

Summas gratias, care sodalis, pro materiis uberrimis, quas mox publicabo!  
Haec raptim, mox certe plura. Medullitus Nicolaus Groß sive Leo Latinus

Am 17.08.2021 um 17:50 schrieb Raul Lavalle:

> Doctissime vir  
> Ad te scribebam me semel Cataractas visitasse, quia longe a domo absunt.  
Spectaculum est immensum, pulcherrimum! Quoad alias res, duo documenta  
adiungo, non ut legas (scio te otio carere) sed ut breviter conspicias. Salutat te,  
Latinitatis perennes gloriam, Radulfus.

El jue, 29 de jul. de 2021 a la(s) 17:36, SPQR ([SPQR@leolatinus.com](mailto:SPQR@leolatinus.com)) escribió:

Care Paule,  
novistine hanc cataractam, hoc cinema, hanc melodiam? Haec tria maxime  
admiror. Vale semper, care amice!

[https://en.wikipedia.org/wiki/The\\_Mission\\_\(1986\\_film\)](https://en.wikipedia.org/wiki/The_Mission_(1986_film))

[https://en.wikipedia.org/wiki/Gabriel%27s\\_Oboe](https://en.wikipedia.org/wiki/Gabriel%27s_Oboe)

<https://www.youtube.com/watch?v=0-fiu5umVnI>

### Iguazu Falls The Mission Soundtrack

#### PAULUS KANGISER CHILIANUS

Salve, Nicolae: Has cataractas non novi; uxor mea ad eas iter fecit dixitque esse  
mirabiles. Scire velim an nova ephemeris, quam editurus es, erit retialis an  
chartacea; spero fore retiale. Symbolam de Bello Frigido nunc perfeci; sed  
oportet corrigere et bibliographiam addere. Cura ut valeas. PK

#### URBANUS FERRARIUS BRASILIANUS

Ave, Leo noster carissime!

Cataractas Iguasuenses, quæ Brasiliam, Argentinam et Paraquariam dividunt, ni  
fallor, visitavi anno 2009. Mirabilis est aquarum magnitudo. In eodem flumine  
Iguasu, ædificata est magna electricina, quæ appellatur Itaipu.-- Cinema vero  
non novi. Partem autem melodiae audivi. --- Spero ut mox Epistulam Leoninam  
pergas edere. --- Cura ut valeas. Urbanus

## ECCE LIBRI LEONIS LATINI

*Permittas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdē augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipuē disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.*

*Restat, ut afferam titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hōc tempore apud Leonem Latinum prostant venales:*

- |   |         |
|---|---------|
| 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat).....                       | 49,00 € |
| 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum).....                  | 42,00 € |
| 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser).....                | 45,00 € |
| 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... | 25,00 € |
| 5) ARANEA NIGRA (Jeremias Gotthelf, Die schwarze Spinne).....     | 22,00 € |

*PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non êditur in domunculâ Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».*

*GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.*

*Habeas nos excusatos, quod situm interretiale (i.e. anglicê »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.*

*Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimē eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtualem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et carae. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; carae sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumeratas, quibus operam dedit illis creandas.*

*Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EIΣ AEI.*

## INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR .	Num. manda- telae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANS- LATOR	ANNUS	FORMA	AMPLI- TUDO	PRE-TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104 A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA – Libri audibiles	Anonymus (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304 A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE – Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	00404 A	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI – Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner-Eschenbach	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedoeus	-----	2004	CD-ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedoeus	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAЕ	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN	Henricus van den Lande de Raelt	-----	2004	CD-ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenma tt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptman n	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	00505 A	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	00605 A	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	00705 A	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – <b>Libri audibiles</b>	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAЕ	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIMUM	Karl Friedrich Kielmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	00306 A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – <b>Libri audibiles</b>	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	00406 A	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – <b>Libri audibiles</b>	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90
27	00506 A	978-3-938905-26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – <b>Libri audibiles</b>	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90


28	00107 A	978-3- 938905-27- 2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius ----- --		2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	00207 A	978-3- 938905-28- 9	OBSIDIO SAGUNTI A T.LIVIO DESCRIPTA	Livius _____		2007	Audio	53 min.	€ 23,90
30	00307	978-3- 938905-29- 6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD- ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,  
USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !



HANC EPISTULAM LEONINAM  
**DUCENTESIMAM QUADRAGESIMAM QUARTAM**  
SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE PERFECIT



**Die Martis**  
**21. m. Sept. a.2021**



**Dr. Nicolaus Groß**  
**LEO LATINUS**  
Sodalis Academiae Latinitati Fovendae